



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. IX. Quid possit Provincialis, debeatque in promovendis Proseßis, &  
Coadjutoribus formatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

nandis, & promovendis Nostros in ordine ad Scholas, & Gradus literarios. Reg. Prov. 62. 63. 64. & St. R. Prov. 19. & 27. & Or. c. 18. Par. 2. & C. 7. D. 33.

Potest præterea vel per se, vel per alios præsentare Nostros idoneos ad Ordines Ecclesiasticos suscipiendos. *h*

*In suscipiendo  
Sacramento Or-  
dinis.  
h R. Prov. 61.*

### SECTIO IX.

*Quid possit Provincialis, debeatque in promovendis, Professis, & Coadjutoribus formatis.*

*Potest admitte-  
re ad Vota bien-  
nii.*

*i R. Prov. 65.  
67. & C. 4. D.  
52.*

*Ritus in iisdem,  
& tertia Proba-  
tio.*

*l R. 66.*

*m R. 68.*

*n Or. c. 3. §. 1.*

*Admissio ad  
Vota publica.*

1. **P**otest admittere post biennium ad Vota simplicia, & substantialia Societatis; & si quos ut Indifferentes admittit, determinare ad gradum Coadjutorum, seu Scholasticorum: immo in hac classe Indifferentium, ultra tempus biennii probationis, neminem detineat. *i*

2. In emissione autem hujusmodi Votorum servet ritum præscriptum, *l* & Scholasticos post studia ad tertiam probationem mittat; *m* quam ex gravi causa differre potest, dispensare cum nullo potest. *n* Et quæ plura præstanda sint, videat in ordinatione citata.

3. De promovendis ad Gradus Profes-  
sorum



lorum, aut Coadjutorum formatorum, Generalem tempestivè moneat; & si in ré tanti momenti defuerit, sibi etiam imponendam esse poenitentiam intelligat. Quod si contingat, promovendum citra culpam suam, gravemque ob causam, aut quia literæ admissionis ad gradum serius in Provinciam perlatæ sint, designato communiter die, promoveri non potuisse, licebit Provinciali alium in id designare diem proximè opportunum. Quæ aut præmitti, aut adjungi susceptioni horum Graduum debeant, descripta, & supra exposita Par. 3. C. 1. 2. servari curet, redditurus suæ hac in parte diligentæ rationem ei, qui designabitur Visitator Provincia-  
latus sui. q

o R. 69. & Or.  
c. 18. p. 1. §. 1.  
2. & p. 4. §. 1.

p C. 12. D. 9. &  
C. 13. D. 20.

q R. 70. 71. 72.  
73. 74. & Or. c.  
18. p. 4. §. 2.

*S E C T I O X.*

*Quid in Rebus Collegiorum, Domorum,  
eorumque, qui bonis suis non se  
abdicarunt, Provinciali  
injunctum.*

1. **A**Edificiorum majoris momenti formam præscribere pertinet ad Generalem: Provincialis sacra tecta curet. Idem potest admittere, quod donatur ad

*Ædificia, Do-  
nationes &c.*

r C. 1. D. 113.  
& C. 2. D. 84.

au- & R. 75.

G g 4

au-